

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

Hebel, Johann Peter

[Karlsruhe], 1772-1776

[Enslin, Johann Christoph]: Nulla potius desperando nos non posse, quam
desiundo in oratione exposuit, 1777

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

Nulla potius desperando
 nos non posse, quam
 desuendo
 in Oratione exposuit
 Joannes Christophorus Enslin.
 J. U. St. Spier
 1777. 302 8. 02

Prooemium de eorum, quae plurimis semper difficilissimisque
querantur negotiis, ac paene desperant, insania agere
Thema. Multa potius desperando non possunt, quam despi-
ciendo.

I. In prima parte versabitur Desperatio, quae in
animum spectat & voluntatem.

1.) Ante omnia, qualis ea dicatur esse desperatio,
explicandum.

Est autem prae occupatio formidinis, ob praesentem
summam operis difficultatem animi illius abstrac-
tioris, propositi aut non capiendi fastidium, aut jam
coepit omisio.

2.) Proximum illi: quibus causis ea oritur.

a) Cadit illa plerumque in rudes homines atque
seignes.

Et rudes quippe hominibus haec maiora seculi
pericula occurrunt, quo sunt ipsi in quoque
genere minus exercitati, & quae per se non ita
magna laborant difficultate, multo graviora
atque caeteri exercitiores, esse autemunt.

Seignium aperta est ratio, nam quum ab omni
intento opere abhorreant, saepe numero diffi-
cultatem praetendunt ignorantiae, quo videlicet
satis excusatiores.

b) Habetque porro notam levitatis & praevitatis.

Leve illud genus hominum nisi de se illorum opera & fugam
quandam ratione nil brachans, si qua res erit proposita,
per se maiorem & solentem curam requirunt, non habent.

Pravitas autem & mollitudo, deliciarum amor & de se habent
unice in rebus ludicris, sed non ad praesentem aliam
quam seorsum occupationem vacare.

¶ Medetur autem inde a teneris aetate in-
stabilitas mentis, & in procedenti aetate
continua in optimis habitibus non est, sed in
agitatio & exercitatio.

¶ Quae huius mali medicina ratio sit. Pars altera differtur

Homines, DIRECTOR ILLU
 STRISSIME! SOCIJ ORNATISSIMO! qui
 De multis ac permolestis semper conqueuntur ne
 gotiis, qui vulgationum suarum onolem tantam effi
 lamq onerosam, ut ne ulla fere ratione ab ullo
 hominis naturam non excedente, perfici possent
 atque absolvi alius persuadere cupiunt, quos
 tempus nunquam non, ut ipsi quidem afferunt
 defuit, qui semper incumbere studiis omnibus
 laboribus, semper esse assiduos in districtisq
 se affirmant, qui nulli operae atq sudori, nulli
 animi intentioni & parcere sibi videntur, nec ta
 men ullum facere sese in rebus suis progressum
 perspiciunt, homines hi, undecumq quaelae
 eorum ac lamentationes emanant, semper
 sunt mihi suspecti. Sive enim ex segnitie opa
 dam laborisque haedio, sive ex inani jactantia,
 sive ex alia re simili profluunt haec querimoniae.

Proxima tamen ex parte nimia negligentia
 omniumq; rerum, quae paullo attentiores requirunt
 mentem, fastidium prima earum est causa. Ut
 igitur, quam forordiae suae foeditatem luxuriosu-
 sinemq; hauri ignorent, aliud tamen si, uti sunt,
 ne appareant, circumvenire illos continua immen-
 sarum occupationum suarum repetitione student,
 neque intelligunt, se sibi ipsis multo magis, quam
 caeteris hominibus de comodo eorum non ita curan-
 tibz, imponere. Quum nimis maximisq; negotiis cir-
 cumfusos se esse dicitur, a quacunq; re, sit vel
 facillima minimiq; momenti ac operis, peragenda
 desistant. Hodie negotium quoddam inchoant,
 quos cras derelinquunt. aliudq; aggrediuntur, quod
 iterum pro dimidia tantum parte absolvent, alius
 rursus se immisceant rebus. — Jamq; omnia sunt
 coepta nullumq; lamen pro negotium peractum.
 Ipse sibi labores aggravant suos ac quid nego-
 lli jam suscipere & peragere volint. Dum cogitant,

cogitando tempus evolat raras alius rebus quam
 huc consumitur cogitationibus. Quod si vero
 pendat rem inspicimus, negotia, quae segnes hi
 homines plurima clamitant atque difficillima,
 alii, minus ab occupationibus qui abhorret, nullis
 plane ponderis atque momenti videntur, quin ille
 potius, minus exigua praesaga, si ille illa suscipere
 quereret. Nunquam igitur rem prodest bonam,
 si quis negotiis occupationibusque oppressam se
 nimis quam par sit, querelas semper fundit, nec
 si revera laboribus sit accumulatus. Paenim si
 est, aut non tanta laborum suorum est copia, ut
 si paullo diligentius obire illos velit, finem eis ad
 obire non possit, aut se re ipsa est tanta, sibi
 ipsi attribuat huius rei culpam, quod eos in
 se susceperit, nec statim ab initio illos vires suas
 superaturas esse perspexerit. — Quicumq; tamen
 negotiis suis perfungi serius est animus, tot ille
 semper inveniet temporis, ut perficere illos possit

planiq, absolvere. Quum igitur jam Despera-
 lionem magis, quam naturae defectum a rebus
 nobis peragendis detinere sin caplanaturus
 hanc rem habet longius a materia mea remo-
 tam esse putavi. Jamq, ad ipsum orationis
 meae argumentum convertam me necesse est.
 Vos vero, Auditoris Spectatissimi. ut huius
 magis gravitatem, quam Dubitationis contempe-
 mini lenocitatem, atque decenti jam mihi de
 re, quae, licet primo intuitu paulo minoris
 videri possit esse momenti, tamen, si accuratius
 illam perpendimus, summi est ponderis ac
 emolumenti, aures praebentis attentiores,
 omnibus a Nobis peto precibus. — Plura igitur
 desperando nos non posse, quam desi-
 ciendo, iam sum expositurus. — Ante omnia
 inde suspirationis explicanda mihi est natu-
 ra. Desperatio, Auditoris. in eo potissimum

a defectu differt, ut haec ad vires facultatesque illa vero ad animum spectet et voluntatem. Sed inde jam aperitissime elucet, fieri posse, ut interdum naturae defectio nobis appareat ubi, ubi revera non est. Cum enim nos noscant semper vires suas, neque experiri velint homines, sed, si quae ipsis insunt, supprimat illas potius suffocentque, accidere potest quam facillime, ut, si non statim res quaedam peragenda, cum nondum satis sint exercitatae, et voto ipsis succedit, arguant naturam, ac injustissimam contra sese illam fuisse, accusent, et de omnibus postea rebus perficiendis, quae vel minimum exoscent laborem animiq; intentionem, desperent. Haec autem desperatio praecipua est formidinis et ob praesumptam operis difficultatem animi illius distractio, propositiq; vel non inveniendi gustudum, vel inveni-

iam omissis. Praeoccupationem illam somni-
 dinis esse assero, quum homines plerumque, qui de
 spe rationi dant locum, primo statim rei intu-
 ita multo graviores difficiliorumque ^{eam} esse
 putent, ac re vera est. Subito tunc ab illa
 obeunda detournentur, nec vel unicum tempo-
 ris momentulum in eam amplius conferre vo-
 lunt, quod si facerent, in venirent certe ac
 perspicerent, non tam difficilem onerosamque
 rem esse, quam illam somniarint. — Sed
 statim omnem abiciunt animum, sibi que per-
 suadent, frustra sese ac sine omni successu fe-
 liciter ad hanc operis, quam credunt, difficulte-
 rem superandam esse contenturos, neque cogi-
 tant, assiduo labori indefesso studio nihil
 esse nimis arduum, omnia, quae cum sint, si
 cum animi intentione quadam ac flagrante
 rei perficiendae desiderio ab illis gerantur,

ad finem laudem iri perductum. — Hoc vero magis
 neque intelligunt, neque prospicere cupiunt. De
 omnibus potius rebus confestim desperant, ut inter-
 dum omne rei inchoandae fastidiant proposi-
 tum, ac, sit licet res vel utilissima maximeque
 necessaria, haec omnia proae speis summa
 difficultate evanescere putent, ut potius ad aliud se
 convertant, negotiam, quod paullo ipsis videtur esse per-
 actu facilius, licet cum maximo et sui ipsorum et ali-
 orum conexum sit incommodo ac detrimento, et quod
 ideo tantum plerumque illis appareat minima opera
 perficiendum, quum cum pravus atque corruptis ani-
 mi eorum congruat affectibus, ac quum in istis jam
 rebus magis sint exercitati versatique; si vero fun-
 ditus in rem inquireamus, alii hominum ge-
 neri in ferioribus occupationibus in aegris iam
 iam versato, multo magis videretur ardua
 ea res, omniumque plane difficillima.

Interdum tamen de utilitate rei infinitorum
 eius emolumento convicti homines hi, flagrante
 illius perficiendae cupidine accensi apud ani-
 mam constituent, se hanc prius illam iri de-
 relicta, quam finem ei attulerint, et sta-
 tim ab initio revera illos omnium cedere se
 cupidissimos negotii peragendi atque arden-
 tissimos. — De vero primis tantum gustata
 labris, difficultate illius aut vera percipita,
 aut ficta somniata, omnis subito animus, om-
 nis cupido amplius progrediendi opusq; conti-
 nuandi eos deserit, quo antea flagorant, stu-
 dio ac contentione destituuntur, propositum
 abiciunt, quod cepere sumissimum, pla-
 neq; a re desistunt eamq; obliviscuntur, nul-
 la amplius utilitatis commodique illius habita

ratione. Causae vero, ex quibus Desperatio
 haec profluit, sunt aperilissimae. Ruditas
 atque segnitias primam sane earum in nume-
 ro occupant locum. Rudes enim homines ac im-
 politi, quo majores in quocumque fore operum ne-
 gotiorumque genere sunt hospites, quo magis ipsi
 omne studium, omnem doctrinam, omnem ignoti-
 tiam humanam nesciunt, quo minus in rebus ho-
 nestis oribus ac paullo maiorem ingenii vim atque
 aciem requirentibus sunt exercitati, eo maiora
 omnino ipsis occurrunt obstacula, & ea quae per
 se non ita magna laborant difficultate, multo
 ipsi sibi graviora asperioraque fingunt, quam cae-
 leri mortales in omnibus negotiorum generibus
 paullo exercitiores. Sin gamus nobis age, ho-
 minem plane barbarum, ab omni vitae eue-
 lura alienum, qui inde ab incurvatis oclu-

vissima in scilicet ignorantiaeq nocte circumfa-
 sus adolevit, ad quem nunquam sapientiae ha-
 manarumq rerum nobilitate penetravit lux,
 qui a caeteris bestiis in hoc tantum differt,
 ut ore coctum versus directo incedat procius,
 qui, quocumq sensus eius corrupti cum alluci-
 unt, sequitur, neque excelsam rationis ea-
 audit vocem, quem nunquam hoc praecla-
 rissimum huius universi Conditoris Deum
 neque noverit, neque excoluerit, quin potius,
 si vel leve tantum eius vestigium ipsi in-
 forte animadvertent, suppresserit statim
 suffocavitque; cui, ut verbulo rem ex hau-
 riam, ~~non~~ ad cogilandum de se ipso deq rebus
 illum circumstantibus neque tempus unquam
 neque facultas suppeditavit. homo hinc - si
 hominis nomen meretur - subito ex tenebris

in lucem, ex occultissima nocte in dilucidissimum
 diem si compulatur, si ad graviora ferivrag ne-
 gotia manus applicare cogatur, si negotium
 quoddam plane huc usque ipsi ignotum ac pere-
 grinum obire statimque perficere obligetur, quomo-
 do, quales, obstupuerit, quomodo hæsitalaverit, quo-
 modo, quid jam agendum sit, inquieta mente vol-
 verit sitq; perscrutatus. Quod alios cui qua ope-
 ra non ita in lento labore ac studio perficere vi-
 det, nimis quam par est, arduam putat, ac suas
 ipsius vires facultatesque excedens quam longis-
 sime. Si vero antea & inde à teneris quidem an-
 nis ad majora quondam gerenda, ad superiores olim
 occupationes suscipiendas, ingenium suum fac-
 rit instructum intellectusq; adornatus, si ad
 hæc, quæ jam ineunda ei sunt, negotia paullo
 accedit paratior promptiorque, si omnia, quæ

opus iniens nescire non potest, in tempore di-
 dicit, si cogitando, ac de omnibus, quae ob-
 viam ei unquam fuerit, rebus meditando ani-
 mi vires facultatesque satis iam exercuit, non
 ei sane tam gravis tamque difficilis res esse vi-
 detur. — Altera hominum, desperationi qui-
 sunt abnaui, species, sequitur superbit no-
 mine. Sunt homines illi tetri omne labo-
 rum negotiorumque genus qui abhorrent,
 ac quicquid vel cum levissima coniunctum
 est opera, studij intentioris speciem so-
 lummodo prae se ferit, fastidiunt, ac ab-
 hominantur. Horum sane aperta est ratio. Om-
 nia enim, quae mentis intentionem studiumque
 ceperunt, cum anque prius canes fugiant,
 saepe namque ignaviae suae praetendunt rei
 difficultatem, quo videantur saltem excusatione,

Si negligentiae sequitiaeque ab illis possit ratio; Non potuimus, inquit, non potuimus rem hanc perficere; omnium est difficillima. Si quaeritur porro: Annon virium suarum fuissent periculum? Fecimus, respondent. — qua fecerint ratione. Haesitant iam nec quod respondeant, habent. In rem sese inquisisse afferunt, sed statim ab incilio tanta eis difficultas a longiori eius deterruisset perspiratione, ut non potuissent non plane ab illa desistere. In quo igitur peccant ipsi, id naturae attribuunt, ac sese ab illa oblitos esse postpositosque querelas iactitant. Quid tamen diutius apud hoc hominum genus leterrimum comorer, quo, nisi ad meliorem se referat frugem, nil cogitare mihi prosam sursum, nil indignius, nil tandem infelicium.

Ad leve igitur iam proficiam illud hominum
 genus, in quod etiam desperatio, quam heic voca-
 mus, saepe numero cadit. Nihil potest omnino
 excogitari magis ridiculum, quam homo, qui
 levitatis nomen in solo suo ambitu meret.
 Nunquam diutius in eodem remorari potest
 loco. In uno eodemque temporis momento pluri-
 mos amplissimosque pervagatur campos, et
 nusquam consistit, si jam in certo creditur esse
 spatium, longissime rursus abest, ac regione con-
 tinetur ab ea, ubi antea fuit, quam disces-
 siva. Totius vitae suae tempus vagando lo-
 cumque cum loco commutando consumit. Homi-
 num huius generis, nisi desultoria opera & fugae
 quadam ratione nil tractat. Rerum tantum
 modo innatat superficiibus, neque altius ut quid
 pervestiget perferreturque, animusque levis
 constantique impatiens permittit. Unde si qua

res proponitur paullo maiorem et solertionem requi-
 rentis curam, statim ulla eam ratione posse perfici
 desperat, cum omnem laboris continuationem re-
 spuat neque rei cuiusdam penetrabilia progredi
 datum sibi ipsis. Omnia porro ex ea tantum
 parte contemplatur, in qua cum ingenio suo quam
 maxime congruat. Si itaq; res ei fuerit proposita,
 quae cum animi ipsius levitate convenit, promptis-
 simum erit paratissimumque in illa peragenda.
 Quod si vero, — id quod saepissime solet accidere —
 aliud ipsi occurrat negotium perficiendum, quae
 plus reposeat constantiae, plus operae utque la-
 boris, hunc, prima ad rem manu ad mole, defatigatur,
 languescit, obdormit. — Sed et pravitate
 cuiusdam molitiaeque notam habet desperatio.
 Pravi enim homines effeminatique, qui, quae se
 ad paullo altiora ferioraq; mentem applicare possunt
 negotia? Nonne ipsa eorum animi constitutio ab

hisce eos rebus prohibet. Nil nisi delicias amant
 omne illorum studium in ludicris unice sordidissq[ue]
 rebus est desitum, omnia igitur, quae turpem
 illorum tranquillitatem, quae sensuum oblecta-
 tiones recreationesq[ue] vel ad temporis tantum
 momentum turbare videntur, quae tandem rati-
 onis lucem in ipsis delectam exstinctamq[ue] aien-
 dere rursus tentant, omnia haec abhorrent,
 abominantur, detestantur. Jamque ad quae-
 stionem accingam me necesse est gravissimam,
 qua scilicet ante malo huic optime medeamus.
 Quemadmodum autem in qualibet adversa
 corporis valetudine multo est salubrius, malum
 praevinire praevifum, nasensq[ue] statim ab-
 initis opprimere, quam inveterato mederi,
 sicut potissimum in animi hoc valet aegri-
 tudine. Hanc vero de quibuscunq[ue] rebus

peragendis Desperationem animi mentesque
 se morbum, hoc qui inficiat, credo fore
 neminem. Inde a teneris igitur annis rite
 mens instituat, efformeturque. In infante
 adhuc ingenium utilioribus magisque necessariis
 cum rebus, quae in sensum eius cadunt, ex forma-
 tur expoliturque, ab iuente iam aetate ad
 futurum vitae suae curriculum rite ingredi-
 tum percurrere magis aptus reddatur idoneusque
 puerulus. Ad feriora enim gravioraque postea
 si accedit, quam plurimum sane labor ei erit
 adlevatus, si ingenio paullo exstructiori neces-
 sariisque imbutis litteris atque praeceptis ad alti-
 ores se accingit occupationes. Quanta ge-
 neraliter bona sapientis et educationis sit vis
 atque potestas, non est, auditor, quod multi
 evincam. Non haec si peccatur, si inde iam ab
 incunabulis inutilibus ac saepe numero

perniciosis rebus occupatur animus atque
 eorum pectus, quis nescit, quam difficillimam
 postea esse, a maculis vitiosisq; inveteratis ac
 menti plane infixis animam curare & in meli-
 orem vitae consuetudinem illam reducere. Cuius
 si vero aetas illa debilis atq; tenera, cuilibet
 aperta impressioni, sive bona sit, sive pernicio-
 sa, solertibus, ac curatioribus fidei custodibus com-
 mittitur manibus, quae illam in quibuscumq;
 vitae huius casibus concomitantur, quae ab om-
 nibus rebus adversis, quibus obnoxia est haec
 aetas, illam luentur atque defendunt, quae,
 ut innocentiam suam mentemq; mali insidiam
 maximum illud ac saluberrimum bonum, quod
 semel deperdito ea altera in alteram bono-
 rum perniciem, et hanc mentem recti sibi
 conscientiam pravissq; omnibus vacuum cupiditatibus

ac desiderius integrā conservet, & in nullas po-
 sua insidias profitas tam facile incidit, omni-
 bus contendunt nervis. — Non de praesenti
 tantummodo Dux ille atque parens curabit
 tempore, sed et ea, quae ventura sunt, au-
 to perspicit oculo. Teneram plantam, curae
 suae subiectam, ab omnibus defendet tempe-
 statibus & ingruentibus quibuslibet calami-
 tatibus, quoque die suffusa illam reficiet
 unda, ab omnibus iam hostibus ad ruinam
 illius tendentibus acriter tuebatur, atq; ita
 omnibus ex partibus illam exstruet ador-
 nabitq; ut in venturis temporibus fovetus
 adferat uberimovs. — Tunc igitur pavenis
 ita ex omni parte exstruetus adoratusq;
 sponte & sine quasi ipsius impetu ad altiora
 rapietur studia, quam jam nimis illorum

Deliciis amoenitatibusque sit captus, quam ut,
 nisi singularis quaedam vis externa avertat
 & a callidioribus paullo hominibus insidias
 ipsi struantur occultiores, ab hisce studiis ca-
 libus & honestis recedat. Porro & hosce ta-
 queos periculosos arcere a Juvene, quantum
 fieri id potest, est sapientis. Nunquam igitur
 huius sibi soli relinquendum esse adolescen-
 talem, inde sequitur, atque ita vitae eius
 rationem esse instituendam, ut nullo plane
 temporis spatii occupationibus ~~plene~~ sit vacuus,
 ut potius continua in artibus optimis li-
 berisque studiis agitatione fruatur et
 exercitatione, ut negotio quodam absolu-
 to, statim ac interposito nullo intervallo
 ad aliud accedat perficiendum. Quod si
 procedente aetate ab hac nunquam reces-

seris studiorum ratione, animi vires facultatesque sic instruct, ut annis, qui consequuntur, omnibus ab utilissimis saluberrimisq; occupationibus, nullis impedimentis, nulla vi ac potestate arceri poterit inique deflectere. —

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely from the 17th or 18th century.]

